

« iudicia: a mille anni constrictum sit, a gemitu et a suspiria,  
 « ut non prevalendum fidelium nullius temptationis sive insidias.  
 « post mille anni solvuntur sathanas; retribuetur ei faciendum  
 « omnem iniquitatem ». postquam Iesus hoc docuit, tradidit spi-  
 ritum, humanitatem permansit confixa tam suspensa ad claudis  
 confixibus. a divini spiritum infernali tartarum expoliatum est  
 omni iustorum animas humanitatem, quia per crucem totum mun-  
 dum redemit. a Nicodemum depositum fuit et ab Iosep ab Ari-  
 mathia sic positum fuit et in sepulcro; quia Iesus, sicut promissus  
 10 est, ita autem fecit, quia de sepulcro surexit. postquam surexit,  
 ad suis discipulis tercio die sic apparebit. verum eciam, viden-  
 tibus illis, in cellum ascendit. sicut ipse promissit, in eis spiritum  
 peraclitum misit, Grecorum verbum pentecoste, latine quinqua-  
 sima interpretatur dierum, quia multitudo universorum totum orbis  
 15 terrarum gentes in Ierosolimam conveniebat esset, quod enim erat  
 Parti, Medi et Elamite et qui habitat Mesopotamia, Egiptum et  
 Asia et partes Libie, que est circha Cirenæ et aene Rommani.  
 uniusquisque lingua eorum erat audientem Dei magnalia ad illorum  
 stupentem, quia repleti erant septuaginta discipulorum, sicut mox  
 20 linguarum genere peraclitum Spiritu sancti. gens illa, quod audiebat,  
 multo illi pleni esset dicebat. nullus enim illorum confite[ns] autem  
 erat: Arabes, Armeni, Cretes a credulitate Greci gens se dicet  
 esset. isti in mundo primi fuerunt credentes virtutem magnam  
 sancti electi a domini apostoli, testimonium illius Iesu Christi do-  
 25 mini nostri, quod enim ipse surrexit a mortuis. ipsi enim erat  
 perhibentes, quod enim Cretes patrie verbis audiebat, Greci audien-  
 tes vocatur, Christum audiebat invocantem. statim autem omnibus  
 convertebantur de divinitate Dei, quod disposuit in predicatione  
 sancti apostoli Dei, qui in infernum expoliantur, quod a prophetis  
 30 predictum est, tam autem apostoli. credimus quod redemptor  
 noster vivit et in novissimo die de terra resurrecturus sum et in carne  
 nostra videbimus dominum Deum salvatorem nostrum, quia de  
 celis in terra rexurgentem sit et renovabuntur omnia ossa nostra  
 vel cappillo de capite nostro non peribit. canet enim tuba et tunc,  
 35 qui sunt mortui, omnes rexurgunt; sic veniet, quemadmodum vi-  
 distis eum euntem in celum. beati, qui digni inventi sunt. o quam